

P R Æ F A T I O .

Nob. Dn. Tycho Brahe, in Operum fuorum sive
Astronomiæ instauratæ, in 4.

Editionis Pragensis 1602. parte prima, pag. 220, 221.

Editio Francof. 1648. pag. 156. sub tit. de Longitudine Spicæ π ex
data ejus Latitud. & declinatione præfinienda.

JOHANNES WERNERUS, Noribergensis, in eo Opusculo,
quod de Motu Octavæ Sphæræ (utinam adeo vero, quàm inge-
nioso profundoq;) inscripsit, trium affixarum stellarum Declina-
tiones per Regulas Ptolemaicas, à se Noribergæ cœlitus inventas
exponit, Basilisci part. 14. \cdot $7\frac{1}{2}$. Spicæ π part. 8. \cdot $29\frac{1}{2}$. Meridio-
nalis Lancis Libræ part. 13. \cdot $38\frac{1}{2}$. hincq; præsuppositis harum stel-
larum Latitudinibus, iisdem quas veteres illis attribuerunt. Pro-
positione secunda, earum Longitudines compendiosius adhuc
quam præstitit in Spicâ Copernicus rimatur, reponitq; Cor Leonis
in par. 22. \cdot 42 . δ . Spicam π in par 16. \cdot $53\frac{1}{2}$. ϵ . Meridiona-
lem verò lancem in par. 8. \cdot 14 . III . Quæ Longitudinum collectio,
cum nostris per unicum triangulum ratiociniis superius ad Spi-
cam indicatis, secundum ista data, satis benè congruit, nisi quod in
corde Leonis, unum ferè desideretur minutum; In Meridionali
Lance ϵ unicum abundet; quòd per se non est magni momenti.
In Spica ipsa Scrup. sex, consentiunt. Atque omnia hæc circa
An. Christi 1515. inchoantem.

Petrus Gassendus, in Vita Regiomontani, p. 366.

Ergo nobiles illi quondam in Græcia atq; Ægypto, hodie ar-
tifices nulli sunt: *Regiomontani Norimbergæ supersunt.* Senatus
enim, Populusq; Norimbergensis operam dedit, ut perpetuos Re-
giomontanos haberet. Itaq; *Wernerus primum, deinde Schoneri,*
pater & filius, Regiomontani animam deinceps excitârunt.

Dn. Laurentius Eichstadius, Med. D. in Ephemeridum
parte prima, pag. 39.

Statio Satutni prima vel secunda tenebras aeris, nubium cras-
sitiem, ut & gelida ac turbida tempora afferre potest, præsertim si
Mercurii Aspectus accesserit: hinc enim *ex Observatione Wernerî*
Anno 1520. mense Majo gelidissima aeris constitutio accidit, ut o-
mnia vitium germina perierint, Idem